

22

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

D E

DOMINIO 1783,4.

QUAM

EX DECRETO

JURIS CONSULTORUM ORDINIS

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

IN UTROQUE JURE

RITE OBTINENDI

DIE XX. SEPTEMBER. A. R. S. MDCCCLXXXIII.

IN ALMA ARGENTORATENSIMUM UNIVERSITATE

SOLEMNITER DEFENDET

ALEXIUS JOSEPHUS BLASIUS

FOCCART,

MOLSHEIMENSIS

H. L. Q. C.

ARGENTORATI,

Ex Prelo LORENZII & SCHULERI, Direct. Nobilit. Typogr.



DOMINI
DISSESTITIO INAGGREGATE JURIDICA

DOMINIO

GRAN

EX DECIMO

LIBER CONSISTORIUM ORDINIS

PROFESSIONIS

CARDIN DOCTORIS

INSTITUTUS LIBER

EX DECIMO

EX XX SEPTEMBER ANNO MDCCXVII

IN TERRA MAGDEBVRGENSIS UNIVERSITATIS

SOPRINTENDENTIS DECIMUS

ALEXIUS JOSEPHUS BEASIS


BOCCAVITT

MORSITUM

IN FINE

ALLEGATORIUM

EX LIBRIS PUBLICIS AGGREGATIVIS DIGITIS M. DEI. 1740



ILLUSTRISSIMO
DOMINO DOMINO
JOHANNI
DE DIETRICH
COMITI RUPIS VALLENSIS
DOMINO IN REICHSHOFFEN ET NIEDERBRONN,
RAMSTEIN ET ALIIS LOCIS &c.
REGII ORDINIS MERITI MILITARIS
E Q U I T I
E T
SECRETARIO INTERPRETI
CIVITATIS ARGENTINENSIS PRÆTORI HONORARIO
PATRONO OPTIMO

IN HUATRIE
DOMINO DOMINO
JOHANNI
DE DETERICH
COMITI RUTA VALLENSIS
COMO IN REICHENSTEIN ET NEDERROON
RAMSTAD ET ALIS FOCIS 80.
REGN OGDINS MAXIMA MILENTIA
1691
DE
SECRETARIO INTERPRETI
CIVITAS ALEXANDRINA METROPOLIS HELGDORF
PATRONO OPTIMO

Illustrissime Domine!

Domine
humillimus *sum* *et* *in* *te* *inscriberem* *primitiasque* *studiorum*

*juridicorum publice TIBI consecrarem, ve-
niā largitus es quam humanissime. Gra-
tus, lētusque opportuna hac occasione in
TUAS, Illusterrime Domine, excurrerem
laudes, eximiasque virtutes, quæ TE, cha-
rum Regi, amandum Patriæ, Venerandum
omnibus efficiunt, quibusque illustris TUÆ
Domus gloriam, posteris reddis immorta-
lem. Verum cum eas pro dignitate celebra-
re vires meæ exiguae non permittant, suffi-
ciat mihi ardentissimis divinum Numen pre-*

*cibus rogare, ut in TE, illustremque Do-
mum TUAM omnis generis benedictionem
largissima manu effundat : interim perge
TUO potenti Patrocinio tueri & ornare*

Illustrissime Domine !

*addicissimum & devotissimum
clientem*

ALEX. JOS. BLASIUM FOCCART.

Deo auxiliis. ET si in ceteris
miseritatem etiam deinceps permissum
est hanc habere intermissionem. Tunc
habetur. Deinde invenimus OUT
Q. Domine Iustitia tua
in regnum tuum. Parce, Preceptor
noster effici. quiaque illustris TU
in nobis. Et in ceteris misericordiis.
Et in ceteris misericordiis non permittat, pro
tegat nos. O domine Iustitia tua
in regnum tuum. Nam pro
ALX. I. 10. PLASMI LOCERIT



PROÆMIUM.

Cum aptam Dissertationi inaugurali materiam circumspicerem, nullam, quæ ob insignem in Jurisprudentia usum mihi arrideret magis; præter illam de *Dominio* inveni: quotquot enim (uti hodie vocamus) processus oriuntur, vix non omnes læsionem *Mei & Tui* respiciunt, quæ duo vocabula

A in

in dominio ceu effectus in causā continentur. In
hāc autem materia ita versabor, ut, quam brevi-
ter fieri poterit, originem, naturam, nec non di-
versas Domini species ante oculos ponam, di-
gniorem hujus objecti elaborationem Virorum de
Jurisprudentia meritorum calamo relinquens: Ty-
ronis interim conatui veniam non denegabit Lector
benevolus.

M U I M D O R Y

C A P U T I.

DE ORIGINE DOMINI.

§. I.

*Status pri-
mævus fuit
flatus rerum
nullius.*

RES omnes initio ab authore naturæ Deo ve-
lut in medio hominibus fuisse expositas, ita,
ut spectatâ sola natura, non magis ad hunc,
quam ad aliud pertinerent, omnium tum antiquiorum,
tum recentiorum unanimis fere est doctrina

3

na. (a) Fortunata hæc tempora, ubi bene beateque homines in universali quadam bonorum communione vixisse feruntur, a Poëtis insigni *Aureæ etatis* nomine celebrantur: (b) neque defunt argumenta ex ipsa ratione petita, quæ pro primævo communionis statu militant: imprimis enim nec in homine, nec in ipsa rerum extra hominem positarum natura rationem quandam deprehendere licet quare res aliqua huic potius, quam illi tributa sit. (c) Accedit, quod initio res hujus universi, cum adhuc inter paucos subsisteret mortalium genus,

A 2

nus,

(a) Jam gentiles uno fere ore tradiderunt: *initio unum cunctis fuisse patrimonium, omnia fuisse communia indivisa omnibus.* vid. JUSTINUS Lib. XLIII. Cap. I. SENECA Epist. 90. . . . Jon. de DICASTILLO de Just. & Jur. Lib. II. Traet. I. Disput. I. dub. 10. num. 132. seqq. GROTIUS de J. B. & P. Lib. II. cap. II. §. 2. PUFENDORF de J. N. & G. Lib. IV. cap. 4.

(b) VIRGILIUS Lib. I. Georg. Vers. 126.

Nulli subigebant arva coloni
Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quarebant: ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferrebat.

(c) Cf. quoad hoc erudita, dissert III. D. EHRLEN *Specim. I.* §. 4.
pap. 7. Arg. 1756.

nus, occupari omnes non potuerint, nec etiam, ut de iis occupandis multum laborarent homines, necesse fuerit abundantibus vitæ subsidiis.

§. II.

*Domini
particularis
introductionis.*

Sed cum augeretur numerus hominum, res aliquæ sensim exhaustarentur, pecus curam, tellus culturam exigeret, homines bona terræ fibi tanquam propria arrogare cœperunt, &c., ut quivis laborem suorum fructus solus perciperet, alios ab illorum participatione excluderunt: (d) tum demum audita sunt duo ista vocabula *Meum* & *Tuum*; tum demum dicere licuerat: *meus ager*, *mea arbor*, *meum pecus* &c. successu temporis, cum nempe inventio & usus metalli permutationis locum occuparent, magis magisque hæc vocabula fuere extensa.

§. III.

*Modus hujus
introductionis.*

Circa modum, quo hæc dominiorum particularium

(d) Cum primum genus mortalium in plures familias dividi cœpisset, distincta rerum Dominia provenere. — PUFENDORF de J. N. & G. Lib. IV. Cap. 6. §. 2.

5

larium introductio facta sit, mirum inter se discre-
pant Doctores: multi cum GROTIO (e) statuunt ho-
mines a communione rerum crescente humano ge-
nere paulatim recessisse, & facta *divisione* dominia
singularia introduxit. Alii cum PUFENDORFIO (f)
pačo sive expresso sive tacito opus fuisse conten-
dunt ad dominia particularia introducenda. Alii
præcipue hodierni naturalem dominii originem ex
sola occupatione derivant, cum quibus & nos sen-
timus, utpote cui sententiae & sana ratio (g) &
ipsæ leges suffragantur. (h) Opinionem hanc præ
aliis contra GROTIUM & PUFENDORFIUM egregie
probant LOKIUS, (i) TITIUS, (k) STRUVIUS (l)
aliique.

A 3

§. IV.

(e) de J. B. & P. Lib. II. Cap. II. §. 2.

(f) de J. N. & G. Lib. IV. Cap. 4.

(g) uti ex mox dicendis patet.

(h) Cf. L. I. §. 1. D. de A. vel. A. P.

(i) du Gouvern. civ. Liv. II. Chap. 4. cuius ratiocinia in compen-
dio sifit BARBEYRACIUS in notis ad PUFENDORF. J. N. & G.

Lib. IV. Cap. 4. §. 1. n. 2. & §. 4. n. 4.

(k) ad PUFENDORFIUM de O. H. & C. Obs. 218.

(l) Synt. Jur. Feud. Cap. I. th. 1.

§. IV.

*Illijs fun-
damentum.*

Hanc autem rerum occupationem non modo fieri licite potuisse, sed & ratione quadam, vel faltem hypothetice necessarium fuisse, sequentia ratiocinia evincunt: certum est, divinum Numen, dum genus humanum existere in hoc terrarum orbe voluit, pro infinita sua sapientia & benignitate veram hujus generis felicitatem atque perfectionem pro scopo habuisse: posito igitur hoc fine non potuit non velle media ad illum consequendum necessaria: jam vero innumeræ res in hac universo conspicuntur, quibus homines ad felicitatem istam obtinendam indigent; sequitur igitur ex sola fana ratione, benignissimum Numen hominibus quoque facultatem moralem, sive jus debisse, res istas, quatenus ipsorum felicitati inservire possunt, occupandi, easque in usus suos convertendi. (m) Cum vero unicuique hominum, quæ tali,

(m) Hanc veritatem naturalem magis adhuc firmat jus divinum positivum, *Genes. I. 28.* item *Genes. IX. 2.*

tali, eadem natura sit indita, idem propositus finis, simul & illud patet, Deum singulis hominibus qua hominibus, idem ac æquale jus in res creatas tribuisse quatenus ad promovendam ipsorum felicitatem faciunt.

§. V.

Ex dictis haec tenus prono alveo fluit; homines, *Necessitas.*
ut necessitatibus suis commodisque æqua ratione
prospicerent, potuisse ex rebus istis in medio positi-
tis quasdam, jure sibi a creatore concessa, & ci-
tra aliorum injuriam occupare; hoc enim ipso ex
voluntate Dei illarum Dominium sibi acquisiverunt:
verum proinde assertum nostrum erit: introductio-
nem Dominiorum singularium licite fieri potuisse:
quod autem hæc ipsa introductio (uti pariter affir-
mavimus) ratione quadam necessaria fuerit, ex inde
cuilibet satis patebit, quod conditio humani gene-
ris, ratio pacis, felicitatis, bonique ordinis con-
servandi necessario Dominia particularia exigere
videantur: spectata enim hominum indole, quæ
fui

sui amans, cupiditati atque ambitioni subjecta est, nullum aliud evitandarum rixarum, introducendi que ordinis fuerat remedium, quam rerum divisiones (n) ipsis sacris LL. approbatæ. (o) Non obscure ex his colligitur Dominii in ipso jure naturali fundamentum, cum ex hujus principio speculativo omne illud jure naturæ licitum sit, adeoque in eo fundamentum habeat, quidquid aliquid confert ad rectam generis humani constitutionem atque felicitatem. Sufficient hæc de origine Domini: (p) supereft adhuc ut videamus, quid sit Dominium: de hoc agit

CAPUT

(n) Cf. quoad hoc ANDR. RIVETUS apud STRUV. *Synt. Jur. Feud.* Cap. I. pag. 4.

(o) *Exod. XX. vers. 15.*

(p) Plura qui desiderat, vid. *Elementa Jur. Civ. secundum ordinem Inst. imper. exposita authore Cll. D. KUGLER, J. U. D. & Pr. P. O.* in specie vid. *Lib. II. Pens. III.* ubi plures hanc item, & solidas, more suo, rationes afferit Vir Doctissimus.

C A P U T II.

DE DEFINITIONE DOMINII.

§. I.

Sane, cum Dominium, uti omnes fatentur, inter jura realia optimum maximumque sit, haud parum refert veram ejus ac genuinam naturam probe intelligi, atque ostendi, qua ratione illud a reliquis juris speciebus distinctum sit; quod ipsum, nisi illud recte definiverimus, vix sperare licet. In formanda autem Dominii Definitione non inhærebimus iis, quæ circa etymon hujus vocis adduci possent, cum in hoc nobis otium jam fecerint, qui ex professo, uti ajunt, de hac re tractarunt: (a) missis igitur hisce in naturam Dominii inquiramus.

§. II.

Hic autem notandum præprimis est, quod *Definitiones LL. Romane* hac in re frustra sane ad leges Romanas recuratur.

B tur

(a) Cf. inter alios GUIL. FOERSTERUS in *Liber singul. de Dominio* cap. I.

tur utpote quæ nullam, saltem accuratam Dominii Definitionem nobis sifunt: equidem innumeris fere in locis Dominii passim mentio fit, integrique imo tituli occurunt, in quibus modi acquirendi Dominium amplissime enarrantur; nullibi vero *iuris realis*, aut, quæ præcipua ejus est species, Dominii adæquata quædam sifitur definitio (b).

§. III.

*Definitiones
Jutorum an-
tiquorum.*

Hinc Doctores ad defectum hunc, nescio superplendum vel augendum potius, proprio marte Dominii definitiones fabricarunt, quæ uti numero fere infinitæ, ita re longe diversissimæ reperiuntur (c). Ita, ut ne ulla quidem regulis bonæ definitionis secundum præcepta logices satisfacere videa-

(b) *L. 13. pr. D. de A. R. D.* Dominium quidem explicatur per proprietatem - - - *JUSTINIANUS §. 4. Inst. de Usufr.* illud definit per plenam in re potestatem, verum neque ex his neque ex aliis, ad quas Doctores provocare solent, legibus Dominii natura intelligi potest, cum nil nisi quidam illius effectus vase nimis & iudeterminate indicentur.

(c) Cf. sup. Laud. FOERSTERUS qui integrum tractatum de Domino conscripsit: cap. 4. plurimas affert Doctorum Definitiones.

videatur, dum aliae latiores aliae strictiores suo definito sint: & licet hinc inde una occurrat ab ^{Illarum}_{defectus} utroque hoc vitio immunis, in eo saltem peccat, quod non exprimat differentiam ultimam, seu notam illam characteristicam, per quam dominium ab omnibus aliis speciebus juris in re differt.

§. IV.

Major tamen numerus, saltem recentiorum in ^{Recentiorum}_{definitione} illam Dominii Definitionem inclinat, qua dicitur, *jus de re corporali perfecte disponendi eamque vindicandi, nisi vel lex vel conventio vel testamentum obssiat*; ipse HEINECCIUS *Elem. Jur. civ. §. 335.* illam adoptavit, licet plurimis nævis laborare videatur, inter quos palpabilem sane nominamus limitationem vel clausulam illam: *nisi vel lex, Illius nævi.* *vel conventio vel testamentum obssiat.* Expressis verbis hic a regula, si qua adesset, jam fit exceptio: quem vero logicum latet, quam maxime vitiosum esse, ibi statuere velle exceptiones, ubi sermo adhuc est de regula quadam universali, quam exceptiones neutiquam ingredi possunt, eo

præcipue in casu ubi definitio ab eo tantum defumitur, quod plerumque fit! Hæc autem methodus siqua in scientia, in jurisprudentia certe quam maxime viget: cum igitur in ejusmodi definitione non omne id exprimi possit, quod fit *semper*, sed tantum id quod fit *plerumque*, sequitur talem regulam suas pati exceptiones, quæ non raro tam copiosæ sunt, ut, si mox deberent in ipsa definitione seu regula generali exprimi, integer non raro tractatus regularum & exceptionum uno eodemque filo loco definitionis nasceretur.

§. V.

Nostra do-
minii definitio. Hinc Dominium clarius ita definiri posse videtur, quod sit *Jus de re corporali disponendi eamque consumendi*: vocatur quoque *proprietas, la propriété, germ. das Eigenthum.*

§. VI.

Quæ legi-
timatur ex
principijs Ne vero gratis hanc Domini Definitionem admittere videamus, applicemus illi regulas in quacunque

cunque definitione observandas; ac primo quidem ex præceptis Logices constat omnem definitionem, ut legitima sit, constare debere (ut cum *Philosophis* loquar) genere proximo & differentia ultima; genus ^{1o.} *Logices.* autem proximum dicitur illud sub quo species definienda immediate continetur, ita, ut nullum detur intermedium. *Differentia ultima* *Philosophis* dicitur illa individui cuiusdam nota, vi cuius præcise ab omnibus aliis speciebus sub eodem genere contingi distingui potest: jam vero utroque hoc requisito nostra gaudet definitio: diximus enim in primis, Dominium esse jus quoddam & sic quidem generice tantum loquendo genus illius proximum adstruxisse putamus, tale scilicet, sub quo immediate species definienda continetur: prima enim, quam posito hoc genere instituere possimus, quæstio, illa est, ut interrogemus: quale jus? ipsa vero responsio ad hanc interrogationem jam erit species. Examinemus paucis num secundo quoque! requisito *differentia* scilicet *ultima*, gaudeat definitio nostra. Verum hoc erit, si certum fit, quod nota illa per quam Dominium ab omnibus aliis speciebus juris

in re distinguimus, nulli alteri, ac proinde soli Dominio conveniat: jam vero differentia illa ultima (puta illam, qua Dominium diximus Jus *rem corporalem consumedi*) (d) soli Dominio competit, & omnes alias Domini effectus in se includit: ergo relate ad secundum requisitum definitio nostra quoque valebit. (e).

§. VII.

Uti ex haec tenus dictis patet, definitio nostra ab effectu quem Domino tribuit desumpta est, occasione

(d) Hanc facultatem per ipfas leges Dominio competere apparet ex pr. *Inft. de Usufr. & L. I. D. cod.* ubi sic definitur ususfructus. est jus utendi fruendi rebus alienis salva earum *Substantia*: clare ex hoc sequitur, *substantiam* rei in *soli* dominii dispositione esse ac proinde illum *solum* jus habere illam consumendi.

(e) Non movent nos objectiones hic fieri solitae, scilicet quod etiam dentur casus, ubi aliquis, qui Dominus rei non est, nihilominus dominii effectus possit exercere & v. v. sic e. g. dicitur creditorem habere jus distrahendi pignus, licet ejus Dominus non sit; sed ad hanc, uti & ad alias hujus generis objectiones respondemus: creditorem hoc non facere quasi hoc jus haberet ex natura rei, sed nomine mandatario scilicet debitoris, sicuti quoque Procurator, Tutor, Curator idem jus non jure proprio sed vi legis aut *patti* exercent.

sione cuius a nonnullis forsitan objici posset, illam propterea omnibus numeris non esse absolutam, cum potiores semper habeantur definitiones (uti Philosophi dicunt) *a priori*, id est, ex ratione, essentia vel causa rei desumptae. Concedimus hoc in philosophia optime procedere, sed longe aliter rem se habere in scientia juris: Icti enim qui de jure maxime querunt, ad ejus potissimum effectum, quem in vita civili producit, animum intendunt. Imo obscuriores plurimæ redderentur definitiones Juris, si illum Logices rigorem observare debemus, (f) vi cuius e. g. in definitione Dominii omnes causæ proximæ illius enumerari deberent. (g) Tantum de Definitione Dominii.

2º. Jurisprudentialia.

(f) Quod pariter sensit HUBER Praelect. Inst. h. t. n. 13, ubi dicit: *rerum moralium vis & conditio maxime in effectibus consistit: saltem inde cognoscitur, & nusquam melius quam in illis conspicitur; ideoque inde definitiones juris optime componuntur; quæ vero a priori petitæ sunt, amant esse obscuriores.*

(g) Ad reliquas questiones, quæ adhuc moveri possent, & præcipue ad illam quod etiam *res incorporalis consumi possit*, si quidem in LL. occurrant haec voces: *Actio consumta, obligatio consumta, &c.* paucis sic respondemus, hoc in sensu *improprio* ita dici; cum illa tantum res *proprie consumi possit*, quæ constat partibus *corporalibus seu physicis*.

C A P U T III.
DE DIVISIONE DOMINI.

§. I.

*Divisio
l'ominii
1°. Jur. Rom.* P ergimus ad ultimum objecti præfixi membrum ad diversas scilicet Dominii species, ubi in primis nobis sufficiat paucis tantum tetigisse illa, quæ Jure Romano circa divisionem Dominii obtinebant: cum enim omnia hæc legibus novioribus sublata sint, iis longius inhærere duximus superfluum: dividebatur Jur. Rom. Dominium in *Quiritarium & Bonitarium*: illud a solis civibus Romanis, modis tantum civilibus, hoc etiam ab aliis, modis quibusunque naturalibus acquiri poterat. (a) Porro *Dominium Quiritarium* tantum in rebus *mancipi*, *Bonitarium* etiam in rebus *nec mancipi* locum habebat. (b) Sed JUSTINIANUS Jure novo tum divisio-

(a) Pluribus de his agit HEINECCIUSS in *antiq. Jur. rom. ad Tit. L Lib. II. Inst.* pag. 451.

(b) Quænam res *mancipi* & *nec mancipi* apud Romanos fuerint, pariter exponit HEINECCIUSS, *L. C. pag. 439.*

divisionem Dominii in QUIRITARIUM & BONITARIUM, (c) tum rerum in res mancipi & nec mancipi (d) sustulit.

§. II.

Transeamus ad aliam Dominii divisionem jure <sup>2º. Jur. hæc
diern.</sup> hodierno cognitam quam *Glossatores* medii ævi inventisse videntur. (e) Cum enim Dominium ita possit esse comparatum, ut aliquis non modo commoda ex re quadam percipere, sed etiam de illa quocunque modo disponere possit; cumque è contrario dentur casus, ubi quis non omnes, sed aliquos tantum Dominii effectus possit exercere, Doctores exinde Dominium *in plenum & minus plenum* descripserunt: *plenum* nominarunt illud quod Domino tribuit facultatem de re disponendi omnem utilitatem ex illa percipiendi eamque amissam vindicandi: *minus plenum*, in quo dictæ facultates divisæ sunt, ac proinde uni soli non competitunt.

C

§. III.

(c) in L. un. Cod. de Nud. Jur. Quirt. toll.

(d) L. un. Cod. de Usucap. Transform.

(e) Nec enim in natura Dominii, nec in legibus fundata reperitur,

§. III.

Cum igitur , uti diximus , in Dominio minus pleno facultates Dominii divisæ sint , oritur exinde subdivisio Dominii minus pleni : possunt enim dictæ facultates ita esse divisæ , ut unus habeat jus de substantia rei disponendi , alter vero ⁱⁿ utendi fruendi eamque vindicandi , oritur exinde in casu priori Dominium ^{directum} in posteriore *utile*. (f) Atque hæc sunt , quæ pro virium tenuitate de origine , definitione & divisione Dominii dicere licuerat : plura utique pertractandi locus hinc inde fuisset. (g) Sed ob temporis angustias illos , qui *ex professo* de hac re tractarunt , consulendos relinquisimus. (h)

(f) Dominii minus pleni species sunt *Feudum Emphyteusis* &c. ubi Dominus *directus* & *Dominus Emphyteusos* habent Dominium *directum* , *Vassallus* autem *Dominium utile*.

(g) Sic quoque in usu est Dominii divisio in *verum* vel *fictum* illud *realiter* adest , hoc a *Prætoribus* singitur adesse v. g. in possessore bonæ fidei &c.

(h) Inter alios Cf. FOERSTERUS supr. cit. integr. Tract. de Dominio.

THESES MISCELLÆ.

I.

Precarium non finitur morte concedentis.

II.

Testamentum iter facientis non est privilegiatum.

III.

Neque illud fœminæ parturientis.

IV.

Surdi & muti non semper prohibentur testamenti factione activa.

V.

Fœmina in codicillo testis esse nequit.

VI.

Filius familias hæres fiduciarius a patre institutus, restituendo hæreditatem non teneatur fructus in quartam Trebell. computare.

C 2

VII.

VII.

*Legitima non à natura, sed ex legis di-
spositione debetur.*

VIII.

Honorabili tamen institutionis titulo.

IX.

Fidejusso est negotium accessorium.

X.

*Beneficium legis IIIdæ Cod. de rescind.
empt. vend. etiam ad emptorem extenden-
dum est.*

XI.

*Erronea est illorum opinio, qui putant,
quod sub amissione Arrhæ liceat ab em-
ptione venditione recedere.*

XII.

*Mandatarius potest expensas uriles & ne-
cessarias in negotium factas a mandante exigere.*

XIII.

XIII.

*Negotiorum gestor regulariter de culpa leviter
tenetur.*

XIV.

*Fœmina dotem promittens, & ex hac pro-
missione conventa non potest opponere exce-
ptionem SCti Vellej.*

XV.

*Gaudet tamen illo, licet se debitricem prin-
cipalem constituerit.*

XVI.

Minores læsi restituuntur.

XVII.

*Quod beneficium etiam transit ad illorum
hæredes majorennas.*

XVIII.

*Usuræ (modicæ) in æquitate naturali fun-
datæ sunt.*

XIX.

Feudum acquiritur quoque per præscriptionem.

XX.

Fœminæ regulariter in feudo Franco non succedunt.

XXI.

Legitimi per subsequens matrimonium hodie in feudis succedunt.

XXII.

Dominus absque consensu vasalli possidentis exspectativam concedere potest.

XXIII.

Jus patronatus vendi nequit.

XXIV.

Laici decimas contra Ecclesiam præscribere possunt.

propter
XXI.

*adspiciunt ut libenter
de iudeis facilius*

XXII.

*Dicitur ergo confitit nullum
et expectantem condicione*

XXIII.

Ius paternatus vendit regum

XXIV.

*Propter hanc enim regum
populi*

Straßburg, Diss., 1776-B

ULB Halle
005 359 813

3





B.I.G.

Farbkarte #13

B. V.
GURALIS JURIDICA

INIO 17834.

M
RETO
ORUM ORDINIS
CENTIA
DOCTORIS
QUE JURE
TINENDI

I. R. S. MDCCCLXXXIII.
ENSIVM UNIVERSITATE
DEFENDET

PHUS BLASIUS
ART,

MENSIS

Q. C.

ORATI,
RI, Direct. Nobilit. Typogr.

FRIED
VERS.
ALLE